B. N. C
FIRENZE
1075
9

1075.9

PROFESSIO FIDEI.

ET CONSTITVTVM

Recitandum Peruſiæ à ſin-
gulis in vtroq; iure
doctorandis,



PERVSIAE.
Ex Officina Marci. Nacarini. 160

BIBLIOTECA NAZIONALE FIRENZE 1872
1045.9

PROFESSIO FIDEI.

EGO .N. firma fide credo, & profiteor omnia, & ſingula quæ continentur in Symbolo fidei, quo Sancta Romana Eccleſia vtitur .ſ. Credo in vnum Deum Patrē omnipotentem, factorem Cœli, & terræ, viſibilium omnium, & inuiſibilium. Et in vnum Dominum Ieſum Criſtum filium Dei vnigenitum, & ex Patre natum ante omnia ſæcula: Deum de Deo: lumen de lumine; Deum uerum de Deo uero; Genitū

non

non factum cõſubſtantialem patri, per quem omnia facta ſunt. Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcẽdit de Cælis, & incarnatus eſt de Spiritu Sancto, ex Maria Virgine, & homo factus eſt: Crucifixus etiam pro nobis ſub Pontio Pilato paſſus, & ſepultus eſt, Et reſurrexit tertia die ſecundum ſcripturas, Et aſcendit in Cœlum, ſedet ad dextram patris, Et iterum uenturus eſt cum gloria iudicare uiuos & mortuos, cuius regni non erit finis, & in ſpiritũ Sanctum dominum, & uiuificantem qui ex patre filioq; procedit, Qui cum patre, & filio ſimul adoratur, & cumglorificatur qui lo-

cutus eſt per prophetas, & vnam ſanctam Catholicam, & Apoſtolicam Eccleſiam, Confiteor vnũ Baptiſma in remiſsionem peccatorum, & expecto reſurrectionem mortuorum, & vitam venturi ſæculi Amen. Apoſtolicas, & Eccleſiaſticas traditiones, reliquasque eiuſdem Eccleſiæ obſeruationes, & conſtitutiones firmiſsime admitto; & amplector. Item Sacram ſcripturam iuxta eum ſenſum, quem tenuit, & tenet Sancta Mater Eccleſia, cuius eſt iudicare de vero ſenſu, & interpretationem ſacrarum Scripturarum admitto, nec eam vnqnam niſi iuxtà vnanimem conſenſum patrum accipiam, & interpretrabor

Profiteor

Profiteor quoq; ſeptem eſſe verè, & propriè ſacramenta nouæ legis à Ieſu Chriſto D. N. inſtituta, atq; ad ſalutem humani generis licet non omnia ſingulis, neceſſaria, ſcilicet Baptiſmum, Cõfirmationem, Eucharistiam, pœnitentiam, Extremam vnctionem, Ordinem, & Matrimonium, illaq; gratiam cnoferre, & ex his Baptiſmum Confirmationem, & Ordinem ſine ſacrilegio reiterari non poſſe. Receptos quoq;, & approbatos Eccelеſiæ Catholicę ritus in ſupradictorum õnium ſacramentorum ſolemni adminiſtratione recipio, et admitto; omnia, & ſingula quæ de peccatto originali, & de iuſtificatione in Sa-

 croſancta

croſancta Tridentina Synodo definita, & declarata fuerunt, amplector, & recipio. Profiteor pariter in Miſſa offerri Deo, verum, proprium, & propitiatorium ſacrificium pro viuis, & defunctis, atq; in Sanctiſsimo Eucariſtiæ Sacraméto eſſe vere, realiter, & ſubſtantialiter corpus, & ſauguinem vna cum anima, & diuinitate Domini Noſtri Ieſu Chriſti, fieriq; conuerſionem totius ſubſtantiæ panis in corpus, & totius ſubſtantiæ vini in ſanguinem, quam couerſionem Catholica Eccleſia tranſubſtantiationem appellat.

Fateor etiam, ſub altera tantum ſpecie totũ atq; integrum Chriſtũ

verumq;

verumq; ſacramentum ſumi, cō-
ſtanter teneo Purgatoriū eſſe, ani-
maſq; ibi detentas fideliū ſuffra-
gijs iuuari, ſimiliter & Sanctos
vna cū Chriſto regnantes vene-
randos, atq; inuocandos eſſe, eoſ-
q; orationes Deo nobis offer-
re, atq; eorum reliquias eſſe ve-
nerandas firmiſſ: aſſero imagi-
nes Chriſti, ac Deiparæ ſemper
Virginis, nec non aliorum San-
ctorum habendas, & retinendas,
eſſe, atq; eis debitum honorem, &
venerationem impertiendam: In-
dulgentiarum etiam poteſtatem
à Chriſtto in Eccleſia, relictā fu-
iſſe, illarūq; vſum Chriſtiano po-
pulo maxime ſalutarem eſſe, affir-
mo; Sanctā Catholicā & Apo-

 ſtolicam

ſtolicam Romanam Eccleſiã om-
nium Eccleſiarũ matrem, & ma-
giſtrã agnoſco, Romanoq; Pon-
tifici Beati Petri Apoſtolorum
Principis ſucceſſori, ac Ieſu Chri-
ſti Vicario veram obedientiam
ſpondeo, ac iuro. Cætera item õ-
nia ſacris Canonibus, & Oecu-
menicis Concilijs, ac præcipue a
Sacroſãcta Tridentina Synodo
tradita, definita, & declarata in
dubitanter recipio atq; profiteor.
Simulq; contraria oĩa, atq; hære-
ſes quaſcumq; ab Eccleſia damna
tas, reiectas, & anathematizatas
Ego pariter damno, reijcio, &
anathematizo, Hãc veram Ca-
tholicam fidem, extra quam ne-
mo ſaluus eſſe poteſt, q̃ in præſẽti

ſponte

ſpõte profiteor, & veraciter teneo eandem integram, & inuiolatam vſq; ad extremum vitæ ſpiritum cõſtatiſsime (Deo adiuuãte) retinere, & confiteri, atq; a meis ſub ditis, ſeu illis, quorum cura ad me in munere meo ſpectabit teneri, doceri, & p̃dicari, quantũ in me erit curaturũ. Ego. N. ſpondeo, voueo, ac iuro, ſic me Deus adiuuet, & hæc Sancta Dei Euangelia.

INCIPIT CONSTITVTVM quod ſolet recitari Peruſiæ à ſingulis Doctorandis in vtroq; Iure.

COnſtitutus in præſentia veſtra (R. P. Pro Epis. nec

non

non in præſentia ueſtra, meritiſſime Prior, Doctoreſq; toto terrarũ orbe celebeirimi) in Dei, ac eius Genetricis nomine recitare incipiam puncta mihi heſterna die ſorte aſsignata: quæ fuerunt iſta, viqelicet in Decreto C. in decretalibus aut ·C

in .ff. lex in Codice ,lex.

in quorum punctorum recitatione ſeruabo ordinem ſolitũ & cõſuetum, nam incipiens a punctis Iuris Canonici tanq; a dignioribus, cum ſeculares leges Saeros Canones imitari, & venerari nõ dedignentur c. 1. & 2. de uo. op. nunciat § fi. in Ana. de mona. expediam prius punctum Decreti iuxſta ordinem in hoc cele-

berrimo

berrimo Collegio obſeruari ſolitũ & conſuetum. Quo puncto Decreti feliciter, (Deo dante) explicito, transferam me ad punctũ Decretalium pro cuius expeditione primo accipiã ℞.ca ſub qua ſituata eſt Decretalis mea & illam ad præcedentia continuabo, deinde ad Decretalem meam deſcẽdens illam diuidam, ſummabo, caſum ponam, litteram legam, & notabilia colligam, quibus notabilibus explicitis deſcendã ad apparatum gloſſarum quas quærendo vel opponendo prout mihi aptius videbitur expediam.

Quibus punctis Iuris Canonici expeditis, deueniam ad pũcta Iuris Cæſarei, in quorum punctorũ

recitatione ſeruabo illum eundem ordinem: quē pollicitus ſum me ſeruaturum in recitatione puncti Decretalium.

Quibus punctis vtriuſq; Iuris (Deo fauente) explicatis, ſubijciā me rigoroſo ſed (vt ſpero) etiam pio exſamini excellentiarum veſtrarum, quibus me atq; honorem meum humillime, quantum potero, commendatum faciam.

Nunc iuxta præmiſſum ordinē redeo ad punctum Decreti. (Hic D. *Prior inquit remittimus*.

Poſtquam placuit Excellentijs veſtris remittere mihi punctum Decreti, gratias illis ago immortales, & transfero me ad punctū Decretalium, videlicet adc.

Pro

Pro cuius expeditione venio ad ipſius rub. continuationem, quæ ſecundum Abbatem ita fieri poteſt. Supra viſum eſt, & cæt. Expeditus de continuatione tranſeo ad Decretalē meā q̃ pro mea cōmodiore intelligentia diuido in partes In quarū prima & c.

Legas Vt iacet.

In ſcunda & cæt.

ſecunda, ibi, &c.

Expeditus de diuiſione venio ad ſummarium, & Decretalis mea hoc mihi dicit in ſumma, vt.

Legas ut iacet in libro.

Expeditus de sūmario, venio ad caſus figurationē. Quidam &cæt.

Ratio dubitandi fuit & cæt.

Con-

Contrarium fuit deciſum hic, &
Ratio deciſionis fuit, & cæt.
Non obſtat ratio dubitandi in cō trarium adducta, quia reſpondetur, &c.

Expeditus de caſus figuratione lego litteram *Legas in libro prout iacet aſsignando partes diuiſionis.*

Expeditus de lectura litteræ colligo notabilia, & primo noto mihi quæ dixi in ſummario vt.

Legas in libro Secundo noto.

Tertio noto

Expeditus de notabilibus venio ad apparatū gloſſarum, & Decretalis mea tantū habet gloſſas.
vnam in ver.
aliam in ver.
Redeo ad primam, quā diuido in partes.

partes . In prima
In ſecunda ſecunda ibi

Redeo ad primam partem, & quia in Decretali mea dicebatur, & cæt.

Expeditus de prima par. uenio ad ſecundã, in qua gloſſa & cæt

Expeditus de prima, gloſſa, venio ad ſecundam, &cæt.

procedas in ea prout in prima nunc dictum eſt.

Expeditus de ultima parte gloſſæ ſum per conſequens expeditus de omnibus dicendis circa puncta Iuris Canonici, venio nunc ad puncta Iuris Ciuilis, Et quoniam hoc anno ordinarium de mane legitur in

Ideo ab ipſius puncti recitatione initium

initium faciam
Pro cuius Expeditione, & cæt.

Procedas in omnibus prout in pú-ᵭo Decretalium.

Expeditus de puncto venio ad punctum.

Hic D. Prior dicit remittimus.

Poſtquam placuit EXcellentijs veſtris remittere mihi punctum, iterum atq; iterū gratias ago immortales, & per hæc ſum expeditus de omnibus dicendis ſuper punctis mihi aſsignatis. Nunc me ſubijcio rigoroſo ac tremendo, pio tamen (vt ſpero) ac paterno examini Excellentiarum veſtrarum quibus, quantùm poſſum, me honoremq; meum humiliter commendatum facio, cætera eiſdem iudicanda relinquens

= 1075.9

3 958728

Mc